

ZOOLOGIA SPECIALIS

Q U A M

EXPOSITIS ANIMALIBUS TUM VIVIS, TUM FOSSILIBUS
POTISSIMUM ROSSIAE IN UNIVERSUM, ET
POLONIAE IN SPECIE,

IN USUM LECTIOMUM PUBLICARUM

IN UNIVERSITATE CAESAREA VILNENSI

H A B E N D A R U M

E D I D I T

D. EDUARDUS EICHWALD, P. P. O.

CAES. ACADEM. SCIENT. PETROP. CORRESP. CAES. ACAD. NAT. CUR. LEOP.
CAROL. MULT. SOCIETT. LITTER. SOCIUS. A CONSIL. COLLEG. etc.

Deum loquuntur haec omnia spectatoremque attinutum reddunt; me saltem adeo occupaverunt, ut supra humana erectus, sanitatem ipsamque vitam vili-penderem, dum liceret profunda marium et sinuum percontari, visceribus animalium spectandis immorari, et cum incolis mundi invisibilis usum et consuetudinem habere.

O. F. Müller, Zool. dan.

P A R S P O S T E R I O R

SPECIALEM EXPOSITIONEM SPONDYLOZOORUM
CONTINENS.

CUM ICONE TITULI ET ALTERA TABULA LITHOGRAPHICA.

VILNAE. TYPIS JOSEPHI ZAWADZKI.

LIPSIAE in commissis apud L. Voss.

1 8 3 1.

2 16 3

majoribus, aliis maculis atris impositis. Hab. in montibus Uralensibus; long. corp. 2. poll. 7 lin., scutum occipitale nullum, frontale postice coarctatum, angustum, antice latissimum, triangulare, tempora, totius corporis instar, subtiliter squamosa; anales squamae exiguae, duabus tantum marginalibus parum majoribus, scutorum abdom. minutissimorum 16 series; collare vix majoribus squamis exstructum.

† 2. *L. gracilis*, m., supra nigra, longitudinaliter albo-striata, ab domine albo, pedibus supra albo-guttatis. Hab. in caspii maris insula Nargin et Tschelekän, etiam ad pristinum amnem Oxum; longitudinales lineae albae sex inter extremas utrinque 2 series guttarum albidiarum conspicua; long. corp. totius $3\frac{1}{2}$, caudae 2 poll.; rostrum acutum, nares inflatae, orbitae prominulae, sulco profundo dirempta; scutum occip. nullum, squamae temporum granulosae; scutum ani marginale simplex, reliquis vicinis numerosis multo majus; abdom. transversim dispositorum scut. 7, nisi 8, series.

† 3. *L. exigua*, m., ex nigrescenti-cinerea, striis tribus albis longitudinalibus, lateralibus crassioribus, guttisque laterum numerosis albis; femoribus albo-guttatis. Hab. in Uralensi monte; 3 poll. long., cauda 1 poll. $11\frac{1}{2}$ lin.; scutum occip. minimum, scuta temporum mediocria, collare subintegrum, scutum anale omne interstitium inter femora implens, ab anteriore minoribus squamis circumdata.

† 4. *L. chalybdea*, m., chalybdeo-violacea, varia, dorso fusco-violaceo, latere utroque et medio obscurius fusco, nigro-maculato. Hab. in Iberia, Somchetia; long. corp. 1 poll. 5 lin., caudae 2 poll. 10 lin.; scutum occip. minimum, transversim divisum, squamae temporum granulosae, medio scuto tereti donatae, collare dentatum, scutum anale maximum, omne interstitium inter utrumque femur occupans, rarioribus squamulis cinctum.

† 5. *L. argulus*, m., ex coeruleo-cinerea, nigro-maculata, maculis punctiformibus numerosissimis non confluentibus, ocellis laterum ex coeruleo-albidis, nigro-marginatis. Hab. in littore orientali caspii maris Tjuk-karaganensi, in insula quoque Tschelekän, et ad Oxum amnum; long. corp. 2 poll., caudae $4\frac{3}{4}$; scutum occip. transversum, minimum, temporum squamae granulosae, minutissimae, collare vix dentatum, scuta ani majuscula, medio